

cum oleo lumbricor. & cera q. s. fiat ceratum.

Præstantius fiet, si in aqua vitæ & saluiæ lauenatur omnia.

Fiunt etiam cerata ex emplastris, in oleo convenienti dissolutis, quando scilicet pars affecta emplastri duritatem ferre nequit, ut ad tumorem articulorum discutiendum, vbi iam dolor sublatus est:

2. Emplasti de meliloto, diahyli, ireati, an. 3 i.
pulueris hermodactyl. chamæpyt h. lumbricor.
an. 3. b.

olei irini vel chamomelini q. s. fiat ceratum.

De Emplastris.

C A P. XLVII.

Emplastra, ^{παπλαστα} Græcis, videntur dicta ea medicamenta, quæ linteis & expansa, vel pellibus tenuibus inducta imponuntur, quo tenaciter corporis partibus adhærent. Quare à materia ^{a Actuar. 5.} ^{b Demate -} emplastica & glutinosa nōmē habent, cuiusmodi ^{meth. med. 1.} ^{ria emplastr.} est cerussa b, pompholyx, cadmia, calx lota, bolus, armen. terra sigilliata, creta, amyllum, cera, & præter ^{vide Aegin.} hæc quædā, quæ & vnguentorū & ceratorum cō- ^{lib. 7. t. 17.} positionem ingrediuntur, vt sunt lacrymæ, resinæ, pix, terebinthina, mastiche, ladānū & similia viscosa. Quædam etiam alia, vt pulueres, quæ nihil viscidi licet habeant, viscosis tamen & glutinosis vniuntur. Ipsorum enim consistentia solidior est & durior, quam sit ceratorum, quam à prædictis nanciscuntur, præserim à creta, lythargyro, (quod materia emplastrorum à Galeno dici-